

POLYCARPUS D. Joannis Apostoli discipulus, Marcioni A heretico forte occurrent, cum ab eo, Anse agnosceret, interrogaretur, respondisse dicitur: Agnosco diaboli primogenitum. Marull. l. c. 7.

ATHANASUS Magnus, Alexandriae Episcopus cum ab Eusebianis Arian patris apud Imper. Constantinum Magnum accusaretur scilicet calumniis, & Imp. quamvis bonus, adversus nimum credere videretur: liberè autem Athanasius: Judicabit Dominus inter me, & te, quoniam etiam tu confentis calumniatoribus modestia meae. Ob eam vocem Imp. Athanasium Treverim in exilium deportari jussit, anno Christi 339. ubi biennium, & amplius mansit, revocatus tandem à Constantino juniore, voluntate tamen patris morientis. Secret. l. 1. c. 35. in Theod. l. 2. c. 2.

Mares Chalcedonenfis Episcopus, propter ætatem decrepitam luminibus capto, cum esset Constantinopoli nunciatus, Julianum Imp. in templo Fortunæ sacra facere, clara voce Julianum Apostatam compellavit. Cui cum indignatus Julianus respondisset: Galilæum (ita enim Christum appellare solebat) ei visum non restituit: exclamavit ita ut ab omnibus audiretur, Deo se pro excitate gratias agere, ne Julianum B impium aspiciere cogereetur. Fulgof. in Egnat. lib. 2. c. 2. qui Inarium appellat.

ISAACIUS Monachus Constantinopolitanus, cum Valentem Imperatorem cum exercitu contra Gothos, qui Christianam religionem acceperant, exeuntem vidisset: manu frenum equi, quo ille vehebatur, arripiens, voce magna dixisse fertur: Quoniam, o Imperator, proficisceris, qui adversus Deum bellum geris, neque illius opem tecum trahis? Ille contra te hostem excitavit, quoniam tu adversus illum impiorum hominum peregrinas blasphemias linguas exactisti, & Catholicos ex factis adibus ejecisti. Deline, si sapiis, pugnare: & bellum Deus sopiet. Redde gregibus pastores suos, contingeque absque labore tibi victoria. Sed si his neglectis ad pugnam perrexeris, ipsa te res docebit, quam sit durum contra simulum recalcitrare. Neque enim ipse revertere, neque exercitum retinebis. Ibi iratus Imperator: Et revertar, inquit, & reversus supplicium exigam mendacis vaticinii tui. Itaque in custodiam usque ad reditum Cæsaris est traditus. Quo die autem Valens exultavit, Isaacius custodibus dixit: Valens igne extinctus jacet. Zonaras Theod. l. 4. in Niceph. l. 11. c. 50.

Cum Antiochia ad Orontem esset Valens Imp. Arianus, & orthodoxos crudeliter persequeretur: de porticu prospiciens, vidit Aphaatim Monachum senem, ac incurvum ceteri gradu incedentem. Percontatus est, quo irer? Ille respondit, Oratum eo pro imperio tuo. At id, Imperator ait, domi te facere oportuit. Tum Aphaat: Recta, inquit, dicis: idque feci, donec in pace esse Christianis licuit. Nunc turbata tua culpa Ecclesiis ipsa necessitate adigor, ut omnem ad eam salutem affectem viam. Tu ignem Ecclesiis injecisti: illud ego pro virili restinguere conabor. Imperator ad hæc iratus obmutuit; Cubicularius Monacho acris comminatus, non multo post balneum Imperatori paraturus, mentis impositum solum fervens influit. Theod. l. 4. c. 26.

MAXIMUS tyrannus, primo compulsa ad rebellionem Britannia, in qua imperatorium nomen usurpaverat, in Galliam adversus Gratianum trajecit. Quo per fraudem occiso, Galliam, maioremque Germaniam partem subegit. Deinde pulso ab Italia Valentiniano III. ut de se bonam opinionem relinqueret, Martinum Turonensem Episcopum ad cœnam invitavit. Sed sanctus, liberque Episcopus ire recusavit: affirmans, se cum D eo communem mensam nunquam habiturum, qui duorum dominorum, quos habebat, alterum occidisset, alterum imperio exuisset. Itaque ante ut iret, adduci non potuit, quam Maximus scelus culpa in milites rejecta excusavit: quorum scditione, ut imperaret coactum se dicebat, in quo se pro viribus enixurum, ut placarentur promittebat. Adulantibus reliquis Episcopis tyranno, solus Martinus licet intercedens pro alio, imperavit potius, quam oravit. Sever. Sul.

Majore etiam libertate cum Maximo usus est Ambrosius Mediolanensis Episcopus, cum à Valentiniano Imperatore legatus ad eum Treverim missus fuit, ad fratris Gratiani ab eo occisi repetendum corpus. Nam publicè in consilium deductus, cum Maximus affurrexisset, ut osculo Ambrosium exciperet, ipse evestigio se ne cum vocaretur quidem movit: quin potius cum liberè, graviterque eum propter prodicionem, eademque in Gratianum increpavisset, illic palam omnia in Maximum reject, quæ ad purgandum crimen ipse in medium adducebat. Fulgof. l. 6. c. 2.

Idem Theodosium Imp. Mediolani facti templi foribus repellere nequaquam dubitavit: quoniam ille apud Theodosianicam multos Christianos non auditos uno edicto interfecit iussisset. Cum enim in theatro orta seditione, magistratus quidam faxis obruti fuerit, & inter hos Boethicus dux quidem, immisit militibus septem civium milia trucidari curavit. Procul hinc abas (inquirebat Ambrosius) & teum domi cogita, quid hoc tam grave delictum remediis adhibeas. Theodosius statim inde abiens domum rediit: ut ne scias utrum magis laudes, vel potius admirare, Ambrosium ne tam liberum, an Theodosium tam patientem. Egnat. l. 6. c. 2. ex Theod. l. 6. c. 18. in Sozom. l. 4. c. 24.

D. JOAN. CHRYSOSTOMUS in reprehendis aule, & Imperatricis Eudochia vitis severus, duplex patitur exilium.

Vide Tit. Doctorem Ecclesiasticorum.

MACEDONIUS Theodosium Imp. Antiochenos ob dejectam statuum Placilla reginæ puniturum reprehendit: dicens ei per præfectos, Meminisset se hominem esse, & Dei maximo nutu pendere: ejus benignitatem imitaretur: neque propter hominis æream statuum, Dei imaginem hominem interfici curaret: maxime cum statum multa pro una reponi possent, at ne pilum quidem Imperator interfecto homine tuere posset. Præfecti Theodosio rem indicant, itaque Macedonio paruit, & Antiochenis pepercit. Theod. l. 5. c. 20.

LEONTIUS Tripolis Lydia Episcopus, Eusebia Imperatricis superbiis, qua se adorari patebatur ab Episcopis, liberè reprehendit. Accersit enim ab ea, ut se conveniret, pollicita, si pareret, Eusebiam illi maxime extructuram, & affatum pecuniam præbaturam: Respondens ei: Non mihi, inquit, sed Deo gratificaberis, hoc faciens. Tu verò, si me ad te venire voles, sicagito. Ubi in tuum venero conspectum, de folio descende, caput benedictionis manuum mearum submitti, Ego in tuo sedens Throno, tibi, cum videbitur, sedendi potestatem faciam. Suidas.

POLYEUCTUS Constantinopolitanus Patriarcha, Joan. Zimisicam, post interfectum Nicephorum Phocam, Imperatorem designatum, & ob id magnum templum, ut manu Patriarchæ sibi diadema imponeretur ingressurum, non admisit. Non licet, inquit, templa subire eum, cuius manus adhuc recenti cognati cruore stillat. Cum Zimisica, se manus Nicephoro non intulisse affirmaret, sed ab alio iusto Theophanone Augusta trucidatum, iussit percussoribus regia pelli, unà cum regina Theophanone, ac edictum contra præfules rescindi: penitentiamque injunxit, ut quas privatas opes possideret, egenis distribueret. His omnibus factis, natali Christi Salvatoris in magnam Ecclesiam progressus, diademate coronatus est. Cedrenus, in Cusp.

ANASTASIUS Imp. Episcopum quendam Oeniandum audientem disertum admodum esse, & qui ora omnibus sententia de passio assertoribus obturaret: eum ad se vocatum hortatus est, ut ad suam factionem descenderet, pollicens eum quidquid petisset, illico accepturum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potius ad orthodoxos transi: ne, dum opinionem imperiorum hominum Severi, Eutyrbis & Dioscori amplecteris, æterno igni addicaris. Simulque apprehendens Imperatoris chlamydem: Hæc, ait, velis nequaquam te post mortem sequetur; o Imperator: sed sola comitabitur te pietas, ac virtutum habitus. Misit fac Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Indoctus es, & ratiocinandi ignarus, neque ullum Ecclesiæ decretum perfecte intelligis: tantum imposturis, & securilibus calumniis fauces terres. Sacis tibi sit dignitatis, quod Imperator es, Antifites Ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Imperator pudore suffusus, obmutuit. Pauperimus autem cum esset ille Episcopus, ne obolum quidem ab Imperatore voluit accipere: adeo liber erat, & solus in Deum fidei, ac pietatis rationem habens, terrena calcans omnia. Cedrenus, in Sig. l. 16. Imp. occid.

AGAPETUS I. Pontifex à Theodato rege Gothorum Constantinopolim missus, cum pace imperaret ab Imperatore, tentabat, ut Eutyrbianam opinionem consisteret. Verum cum Justinianus ab ea re hominem sanctissimum abhorere cerneret, precibus minas addidit. Tum Agapetus: Ego, inquit, ad Iulianum Christianissimum principem venire optavi: sed Dioctetianum, inveni, Christianorum hostem accernim. Signinus.

IGNATIUS Patriarcha Constantinopolitanus, Bardam Cæsarem

farem qui uxorem sine causa dimiserat, & cum sua muro con-

A sueviffe dicebatur, sacram ad eum ingredi vetuit. Zonaras. Amabat Joannes Ducas Imp. Marcellum comitem Annæ Alemanna uxoris, Sicilia regis Manfredi fororis. Hæc cum spectandi causa Blemmyde Monasterium magnifica pompa ingrederetur, Nicephorus Blemmydes præceptor fores occlusit. Irritata mulier eo facto, Imp. ad vindictam stimulabatur. At illa: Male sementis malum messem patienter feramus: necesse est, respondit. Gregor. l. 2.

SMERON SYLITES, cum Theodosius Junior Imp. Antiochenis imperasset, ut synagogas adeptas Judæis restituerent, ille missis ad Imp. literis acriter ipsum objurgavit, ut sua mandata non retraderet solum, & Christianis Antiochia, quæ ipsum præfatum, cujus impulsu ea res instituta fuerat, dignitate privaret. Evagrius l. 5. c. 13. in Niceph. lib. 14. c. 51. in Theod. Lebor. lib. 2. Colled. Marul. l. 1. c. 9.

MAURITIUS Imperator sanxerat, ut quique publico munere functus esset, vel domi, vel militiæ, in Monasterium recipi non posset, nisi milita expleta, et alioquin inutilis redditus esset, Nimirum quia multos convertis exercitus quotidie decreverat. Quod D. Gregorius satis admittit nequit, B inter cætera Christum sic introducens alloquentem ipsum Imper. Ego te de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum Cæsarem, de Cæsare Imper. nec solum hoc, sed etiam patrem Imperatorum feci: sacerdotem meos tue manus commisi, & tu à meo servitio milites tuos subtrahis? Responde rogo, piissime domine, servo tuo, quid venienti & hæc dicenti responderis, es in judicio Domino tuo? Gregor. lib. 2. Epist. cap. 100.

VOVDIUS Londinensis Episcopus, Vvortigernum Britannia regem, quod Roxienam, Hengisti Saxonum auxiliorum ducis filiam, ethnicam, repudiata uxore Christiana, sibi matrimonio junxisset, severe increpuit. Hengistus pium Antifitem cum comitibus in publicum prætractos diris affectu supplicis. H. Boet. l. 8.

Scotorum nobiles inter venandum, levi ex causa oborta seditione, atrocem caedem edidit. Quæsti criminis auctores ad supplicium, regis ministris sedè pulsatis, in Laudoniam ad Brudem Pictorum regem aufugerunt. Aidanus rex alioqui pacis, & pietatis studiosus, exules ex more poposcit à Brudeo. Is nimia in proscriptis adolescentibus commiseratione motus, eum contendendo frequenti legatione apud Aidanum rem iniviam iustam facere conaretur, alienas iniurias suum bellum. In Vicomagia haud procul à Calidonia pugna facta, post ingentem eadem interitum editam victoria Scotos esse sequuta, amisso Arthurum Aidani filio natu maximo, à patre exercitui præfecto. Columba Hebridarum Abbas, pietate insignis, fama horum permotus, accedens ad regem Aidanum, acriter eum objurgavit, quod divinorum mandatorum ipsum cepisset oblitio, & quod nulla penè causa, bellum tam cruentum in sociam movisset gentem: quo tot fortunis spoliatis in extremam redacti essent inopiam: futurum prædicans nisi ocyus iniuria repararetur, ut rex tota eum domo gravem numinis sentiret vindictam: Rex Columba verbis exterritus, nec locum executioni intelligens, obsecrat virum sanctissimum, rogare, obsecrareque, ne se quem Deo auctore regno admovisset, consilii inopem, malorumque expectatione confusum, destitueret: fateri se peccasse, sed scelus vehementer poenitere asseverans inter suspiria, se quodlibet expiationis genus libentius subiturum. Columba ingenti cum fletu passus est se exorari, profectusque ad Pictorum regem eum ad pacem flexit. H. Boet. l. 9.

RICARDO II. Anglorum rege conspiratione procerum capto, & dejecto, & Henrico IV. Lancastriae duce suffecto, ferunt ad Henricum, quam primum coronatus esset, Anachoretam quendam barbarum virum, divinoque spiritu affatum venisse, monuisseque, ut ad verum heredem regnum transferret: quod ni fecisset, ipsum cum Lancastria familia, unde oriundus erat, diris plagis consensum iri. Henricum verò metuentem in vulgus credulum, ac mobile ea proclama rebellionem aliquam concitaret, è medio virum extemplo sustulit. Item lib. 16.

Cum Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus, Ehelstanum Britannia regem coronatus esset, & peractis aliis caeremoniis, capiti ejus diadema imposuisset: clara voce, ut auctori posset, dixit: Quia hoc regnum fratris tui sanguine, morteque affectum, præterquam quod tota Britannia hoc fa-

ctum graviter laturus est, nec quidem ex eo latum exitum ferres. Fulg. lib. 6. cap. 2.

EDVINUS Edmondo in regno Angliæ succedens, eo ipso die, quo primum rex salutus est, incestum cum nobili quadam matrona per vim in publico loco committere non est veritus. Dunstanus Abbas Glasconienfis amicis verbis juvenem regem arguebat. Rex admonitionis impatientis, Dunstanum in Flandriam exulatum misit. Quarto regni anno, Edvinus animi morore extinctus est, cum Northumbri, & Mercii ab eo defecissent, ac Edgarum fratrem ejus regem salutarent. Edgarus Dunstanum ab exilio revocatum, Vigorniensem, & Londinensem simul creavit Episcopum. Ubi autem defuncta Eilfreda conjuge, rex Alfredam Etheluardi eujusdam principis uxorem deperire cepit, & venandi prætextu ea potitus est: Dunstanus eum severe objurgavit, & propterea gravem pellicis iram contraxit. Genitus ex eo supro Etheliedus, cum baptizaretur alvi excrementa in lacram immisit: quam. Dunstanus prædixit, eum magni mali causam futurum. Vincent. lib. 24. in Polyd. lib. 7.

THOMAS Cantuariensis Archiepiscopus cum cerneret Henricum II. regem quotidie Sacerdotes minus idoneos, aut eligere Episcopos, aut ad alia perducere Sacerdotia, ac ex præscripto Normannicarum legum, omnem Sacerdotalis ordinis auctoritatem frangere: cum monendo amice nihil proficeret, publicè eum reprehendere cepit. Rex eum in exilium eiecit, Thomas ad Alexandrum Pontificem profectus, deposita Archiepiscopali dignitate, in Pontiniaco cœnobio Monachum egit. Septimo post anno opera Ludovici Francorum regis Henrico reconcellaturus, cum in Episcopos improbos animadvertere vellet, illum conspiratione graviter apud Henricum accusatus est, sic ut rex ita vehementer accensus, exclamavit: Me miserum! non possum in meo regno pacem cum uno Sacerdote habere? nec quisquam meorum omnium est, qui me hac molestia liberare velit? Ex hujusmodi vocibus, fuerunt nonnulli, quibus visa esse occulta voluntas regis esse, ut Thomas è medio tolleretur. Qui propterea velut hostis regis habitus, jam tum cepit hic in odio esse, ut cum venisset aliquando Strodum, qui vicus situs est ad Meducium flumen, quod flumen Rocetianum alluit, ejus loci acceolæ non dubitavit amputare caudam equi, quem ille equitaret. At postea nutu Dei ita accidit, ut omnes eo eo hominum genere, qui id facinus fecissent, nati sine instar multorum animalium caudati, Quæ tamen infamie nota jam pridem unà cum gente illa deleta est. Quin & facillites nonnulli, Cantuarium profecti, Thomam interfecere, anno MCLXXI. Rex id facinus indignè tulit. Percussores desperata venia, alii adhuc fugientes intra triennium malè perierunt. Alexander Pontifex duos Cardinales, rege petente, in Angliam misit, qui rem ipsam præfentes cognoscerent. Hic cum non satis constaret, in quo culpa cædis resideret: rex jurejurando se purgavit, falsus se tantum peccasse, quod in Cantuariensem olim aliquod odium habuisset, unde nefaria illius cædis causa orta videri posset. Cæterum legati penam ei indixerunt, ut ducentos milites Hierosolymam mitteret, ad rem Christianam tuendam, atque intra triennium ipse in Syriam cum aliis Christianis principibus exercitum duceret, facturus communi hosti bellum (quod postea Ricardus ejus filius gessit) & de Sacerdotali ordine deinceps optime promereri studeret. Sunt qui prodant, regem esse passum ita lege sanciri, ut ipse & Henricus filius sic Angliæ regnum obtinerent, ut ne homo post illorum mortem regis nomen ferre intelligeretur, nisi quem Romanus Pontifex designasset. Thomas post hæc inter divos relatus est. Polyd. lib. 13.

Gallia regi Carolo IX. ex regno Neapolitano domum redituro, in oppido Poggibonzo factus est obriam Hieronym. Savonarola: qui, ut consueverat, auctoritate nomineque divino interpositis, eum verbis efficacissimis, ut Pisas Florentinis resistueret, hortabatur: gravissimè quoque interminatus, nisi quæ tanta caeremonia, & religione, manibus etiam Evangelii codice contacto, & tanquam in Dei conspectu jurejurando promitteret, servaret, brevi Deo vindicti gravissimas penas daturum. Guic. l. 2.

GUILIEMUS Pontifex Roschildensis, rem divinam pro more acturus, Suenonem regem Danie, qui læta Majestatis delatos proceres occidi in templo S. Trinitatis orantes julerat, consueti occurrendi veneratione non modò non excepit, sed etiam ingressu factarii prohibuit: quod ad-

tu facili loci, quem civili sanguine polluisse indignus esse: & a aculeo virgæ pastoralis pectori regis infixo, iussit eum paricidii penitentiam agere: nec non excommunicationis sententiam statim in eum præsentem protulit. Saxo Grammaticus lib. xi.

GERARDUS Episcopus Zaladiensis, rogatus, ut Petrum Hungaricæ regem diademate insigniret, qui Stephano regi successerat, munus hoc renuit: eo quod rex quadraginta consiliarios suos turpi morte affectisset, addito per media eorum corpora palo, quod suæ voluntati obtemperare nolissent. Quem cum postea ab aliis Episcopis coronari inspiceret, pulpum confecit: adhibitoque interprete, qui Pannonia lingua pronunciaret, quæ ipse Italica dicebat, denuo regi crimen exprobravit, tempusque ac viam mortis, quæ brevi eum maneret, prædixit. Fulg. 1.6.c.2.

JACOBUS Archiepiscopus Gnesensis, Uladislaum II. Polonorum Principem, fratres suos regno paterno expellere conantem, sævè admonuit, caput illius diris devovit, exercitum execratus abivit. Dum imprudens auriga carpentum convertit, in columnam, quæ tentorium principis sustentabat extremo axe impingens, mota loco columna, tentorium solo prostravit. Mali omnia ea res cunctis visa est. Tenuit tamen iam Uladislaus, nec acerbus quicquam in Archiepiscopum aut fecit, aut dixit, ita ut mirarentur omnes patientiam ejus. Derelictus postea a suis, & Posnaniam obsidens, magna affectus clade, in Germania exul perijt, anno mcliv. Cræmer. libro 6.

Legati.

Ex Tit. Legati prudentes, hæc quædam.

ARTOXERXES Persarum rex, coronam ex rosis confertam illi unguento, misitque Antalcida Spartanorum legato, de pace legationem obeundi. At ille: Sulcipio quidem, inquit, donum, atque animi promptitudinem laudo: sed rosum odorem, naturaque fragrantiam, artis adulterio perdidisti. Elian. lib. 18. de Var. hist.

Amici M. Antonii, cum Octavius contra eum pararet bellum, Romæ supplices præstabant populum. Unum etiam de suo numero miserunt Geminium rogatum Antonium, cave-ret, ne abrogaretur sibi imperium, & hostis populi Romani declararetur. Geminium ut appulit in Graciam, Cleopatraz ut pro Octavio agens, suspectus fuit. Cum autem cavillis super C cenam læcesceret assidue, ac loco mentis despecto suggillaretur: toleravit ea, opportunitatem conveniendi expectans Antonii. Iustus, quamobrem venisset, inter conandum ex-promere. Cætera ait, sobriè quætere fermoinationem: unum verò se & sobrium scire, & temulentum omnia recta fore, si abscessisset in Ægyptum Cleopatra: Excandescite ad id Antonio Cleopatra: Bene, inquit, fecisti Geminii, quod sine tormentis veritatem aperueris. At Geminium brevi post fu-gam capessens Romanæ se recepit. Plut. in Ant.

HENRICUS VI. Alemannorum rex, Friderici F. Sicilia, & Italia subactis, Byzantinos ipsos læcescebat, missaque legatione L. auti centenarios postulabat. Alexius Imperator Græcorum ut imperii sui opes ostentaret, in festo natalis Christi, & ipse gemmatam vestem induit, & reliquos omnes auratas vestes induere iussit. Cum autem adstantes Byzantini Alemannos adhortarentur, ut gemmarum splendorem aspicerent, & media brava veris suavitatem oculis perciperent: Germani libera voce muliebria, ac deliramenta dicebant esse, viris indigna, hostium irritamenta. Quod nisi Henrici postulatis Imperator annueret, neq. illi fore cum iis hominibus, qui non D gemmis ut prava niteant, neque rotundis margaritis intrumescant, sed qui Martis alumnii, ira flamma oculis suffusi, non secus cum gemmæ radient, & totos dies sudorem fundant margaritis splendidiorem. Nicet. l. 1.

Philosophi.

DIOGENES Cynicus, captivus in castra ad Philippum Macedoniam regem ductus, cum interrogaretur a rege, Quisnam esset? respondit: Se exploratorem esse ad ipsum profectum, ut infamiabilem ejus rapacitatem videret. Laert.

Idem occurrens Dionysio exulanti Corinthi, quam indignè, inquit, agis, Dionysi? Infitente illo, ac dicente: Rectè Diogenes facis, quod calamitatem nostram graviter feras. Ibi Diogenes: Enimverò, inquit, tu me vicem cæcis dolere tuam? & non stomachari, tale mancipium cum sis, & dignus, qui sicut parens in dominatu consensens spiritum deponas, quod non-bificum hic in ludis degas, & deliciis? Plut. in Timoleonte.

Diid in Sicilia commoratus Plato apud Dionysium, cum tandem dimitteretur ab eo, ad cenam vocatus est: atque in- E teralia, quæ cœnantes fabulantur, cum Dionysius diceret: Nonne: o Plato, cum Athenis eris, cum aliis Philosophis de nobis loqueris? Ex Plato subridens respondit: Nunquam Philosophos, qui Athenis vivunt, ita occisos esse, ut loqui de Dionysio fuisseant. Plut.

ZENO Citiensis cum aliquando Antigonom regem, supra modum ebrium, obviam haberet, isque peteret, ut sibi quid imperaret; interpositoque temere Sacramento confirmaret, postulatam se præstiturum: Zeno respondit: Abi, & Evo-me. Elianus lib. 2. de Var. hist.

Ejus mortem cum audisset Antigonus, ingemuit, dicens: Quale theatrum perdidit? Mirantibus id aliis respondit: Quo-niam cum multa à me accepterit, nunquam tamen emollitus est. Laert. 1.7.c.1.

Poeta, Mimi.

Sotades Cretenfis Maronites, impurissimus alioqui Poeta cum Ptolomæus Philadelphus Arsinoem forem in uxorem duxisset, dixisse fertur: is à Ptolomæo ad hunc modum id est, In non sanctam rimam trudis aculeum, hoc est: inces-tum committis. A rege in vincula conjectus contabuit. Plut. de lib. educatione.

Diphilus tragicus, cum Apollinaribus ludis inter actum, ad eum venisset, in quo hæc sententia continetur: Misera nostra Magnus est: directis in Pompejum Magnam manibus, pronunciavit: revocatusque aliquoties à populo, sine ulla cunctatione, nimis illum, & intolerabilis potentia reum gestu perseveranter egit. Eadem libertate usus est in ea quo-que parte: Virtutem istam veniet tempus cum graviter ge-mas. Val. lib. 6.c.2.

Aristophanes Comicus vitia ita infestatus est, ut ne Cleoni quidem tum temporis tribuno plebis parceret: cumque nemo histronum in fabula, quæ in iis inscribitur, Cleonis per-sonam, propter ejus potentiam, auderet agere: Aristophanes ipsemet minio oblitus egit, cujus causa ab Equitibus inique talentis multatus est. Niciam quoque summum ducent in fa-bula, quam Georgiam inscripsit, acriter ut desidem, & a-griocolam taxavit. Gyradius.

LABERTUS eques Romanus à Jul. Cæsare invitatus, ut pro-diret in scenam, & mimos ageret, quos scripserat: deinceps in suis versibus Cæsarem ob tyrannidem liberè perstrinxit. Maerob. 1.2.c.4. Saturn.

Favo Archimimus, Vespasiani Imp. personam ferens, inter-rogans palam procuratoribus, quanti funus, & pompa constaret, ut audiret festivitate cœnicis, exclamavit: Centum sibi-steria darent, ac se vel in Tyberim proicerent. Svet.

Veteres Comici, in reprehendis hominum vitis acer-rimi fuere, de iis Horat. 1.4. Sermon. Satyra 4. sic scribit: Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque Poetae, Atque alii, quorum comedia prisca virorum est, Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur, Quod mebus foret, aut scivus, aut alioqui Famulus, multa cum libertate notabant. Hinc omnis pendet Lucilius hoste secutus. Mechanici.

Sciscitante quandoque tyranno Pifistrato, quid tandem affe-queretur emolumentum ex calvitis, saxosisque locis, quæ coleret, respondit senex Agricola: dicitur de oraculis, & de oraculis dicitur. Dolores, inquit, ac sphaelcos, & tamen horum decimam exigit Pifistratis. Is libertatem mi-ratus, vestigal remisit. Nata inde paroxima, & oraculis con-vo-antibus. Immunitatem & sphaelci parunt. Cat. 1.2.c.2. Antiq. lect.

Cajus Caligula cum aliquando Jovis habitu in sublimi sella diceret: Gallus quidam eo viso risit, & Cato rogatus, Quis esse videretur? respondit, Magnum deliramentum: nihilque grave passus est: nam cum futor esset, negligebatur. Zonaras. Quidam Bubulcus servus. Quæ supra. Quæ mala reprehendunt? Avartitiam.

Milites.

Augustus in quadam villa inquietas noctes agebat, rumpente sonnum ejus crebro nocte cantu. Miles accipii peritus, & spe ingentis præmii, captam pertulit. Laudato Imperator mille numos dari iussit. Ille ausus est dicere, Malo vivat, a-venque dimisit. Maerob. 1.2.c.4. Saturn.

Veteranus cum die sibi dicto periclitaretur, incesit in publico ad Cæsarem Augustum, rogavitque ut sibi adesset. Ille

ille ad vocatum, quem ex comitatu suo elegerat, sine mora A dedit: commendavitque ei litigatorem. Exclamavit ingenti voce Veteranus: At non ego, Cæsare, petiente Achiaco bello vicarium quæsiivi, sed pro te ipse pugnavi: detexitque im-pressas cicatrices. Erubuit Cæsar, veniente in advocacionem: ut qui vereretur non superbum tantum, sed etiam ingratus vi-deri. Ibid.

Cum Herodes rex filios suos Aristobulum, & Alexandrum Bercii in confesso cl. virorum condemnari fecisset, cæteris omnibus præ metu dolorem suum dissimulantibus, Tiro ve-teranus miles, filium habens Alexandri æqualem, & amicum, quicquid alii quæsi occubant, ipse liberè eloquebatur, & sæpè exclamabat in turba, Periisse veritatem, & justitiam in rebus humanis, & pro his regnare cum mendaciis malitiam. Hæc loquendi libertas quamvis non abesset à periculo, omnes tamen movebat, quod non sine ratione fortiter se gereret, tali tempore: libenterque hæc audiebant singuli, & cum sibi caverent silentio, ejus tamen non improbatam licentiam. Il-le etiam ac regem magna libertate se ingerens postulatit so-lus cum solo colloqui. Quod ubi concessum est, regis inco-gitanti non obsecrè reprehendit, qui filios regni hæredes B occidere cogitaret improborum delationibus credens. He-rodos liberate ejus se delectari simulans, expiscatus ab eo, quam militum eum sed indignè latui viderentur: nomina habuit, omnes cum Tironè in vincula conjecit, & in-terfecit. Joseph. 1.10.c.17.

Parentes.

DIONYSIUS major, cum audiret viri ingenii uxorem à suo filio constupratam, reprehendit eum, dicens: Nunquid à se id genus quippiam perpetratum sciret? Ego (inquit is) memini me tyranni filium. Nec tu (inquit pater) filios prin-cipes relinques, ni flagitia ejusmodi committere desieris. Cælius 1.2.c.17. Antiq. lect.

OLYMPIAS, cum audiret filium Alexandrum diutius se-pulturæ honoribus carentem, jacere velut neglectum, inter cætra suspiria inclamavit altius, miserabilisque: O fili, tu quidem oculum tibi vindicare fatagebas, hoque unum festi-nandum habere opus videbare. At nunc, quæ cæteris ex æquo communia omnibus censentur, ne iis quidem potiri vales, terra, & conditorio. Cat. 1.21.c.47.

CANTONIUS Macedoniam rex, conspiciens filium suum eos, in quos habebat imperium, ferocis tractantem, atque insolentius: A ignoras, filii, inquit, regnum nostrum esse splendidam servitutem? Plut. in Appob.

Filii.

JONATHAN patrem Saul sæpè reprehendit, ne Davidem in-jurè persequeretur. 1. Reg. 19.

Conjuges.

BERENICE supina Ptolemæi regis Ægyptiorum oscitan-tiam in causis noxiarum cognoscens liberè redarguit. Is enim testis aliquando ludens fontes condemnabat. Ibi illa accepto libello è pueri manibus non permisit, ut ad finem us-que legeretur: dicens, Non sic obiter advertendum esse, cum de hominis salute queritur, sed altius cogitandum, & relin-quenda ludicra: Non enim similem esse casum referarum, & corporum. Elian. 1.14.c.43. Var. hist.

Amici.

ALEXANDER Magnus, Xenocrati philosopho talenta quin-quaginta misit. Quæ postquam ille non accepit, non indige-re fatuus: rogavit, Anne amicum videri haberet Xenocra-tis. Nam mihi quidem, inquit, vix Darii opes ad explendos amicos satisfacere. Plut. in Appob.

P. Scipio Africanus, à Cn. Carbone tribuno plebis interro-gatus, quid de Tiberii Gracchii affinis sui morte sentiret? Jure cæcum, liberè pronuntiavit. Val. 1.6.c.2.

M. CATO quantumvis L. Lucullo amicus, & familiaris, usque adeo tamen vitam, & luxum ejus improbat, ut cum juvenis quidam odiosam, & prolixam orationem in senatu de frugalitate, & temperantia intempèstivè haberet, e-xurgens Cato: Tace, inquit, qui divitiis affluis ut Crassus, vivis ut Lucullus, & dicit ut Cato. Plut. in Lucullo.

Hostes.

NICOSTRATUS Argivus, cum ab Archidamo rege Sparta-norum sollicitaretur, tum ingenti promissa pecunia, tum consiliumque vellet Lacænzæ conjugio, ut Cromnum trade-ret, respondit: Archidamum non ducere genus ab Hercule, quod Hercules obtens orbem, soleat improbus afficere sup-

plio, ipse contra ex probis faceret improbos. Lacedæmonii verò hoc nomine potissimum gloriantur, quod originem du-cunt ab Hercule. Plut. in Græc. Imp. Appob.

Rex Philippus cum de federe, & induciis primum con-gressum cum T. Flaminio haberet, multis, comitatum ait ipsum venire, se verò solim. Ibi occurrens Quintius: Nem-pe te ipse, inquit, solum reddidisti, quamicos, & propin-quos necasti. Plut. in Flaminio.

Latroves.

BULAS famosissimus latro, qui sub Severo Imperatore per totam Italiam, comparata manu sexcentorum latronum, biennio maximas prædas fecit, posteaquam centurionem vitæ insidiatorem cepisset, raso capite ad Severum Imperatorem re-misit. Cumque interrogaretur, quid Imperatori vellet nun-ciare? Nuncia, inquit, dominis tuis, ficalant servos suos, ne latrocinari cogantur. Habebat enim Bulas multos apud se Cæsarianos, partim exigua mercede conductos, partim nullo certo stipendio. Xiphilinus in Sever.

Captivi.

PELOPIDAS Thebanus, cum ab Alexandro Pheræo captus haud admodum arcta custodia teneretur, per id tempus po-pulos Alexandrum subditos sollicitare non desinebat, mone-batque, brevi Alexandrum pœnas daturum. Quod cum Alex-ander rescivisset, missisque, qui Pelopidam monerent, Nisi linguam compesceret, fore ut ei mortis causam afferret: nisi respondit, ut Alexandro referret, Pelopidam mirari, quod tam diu distulisset, cum ipse adeo in eum hostili animo esset, ut si unquam evadendi facultas daretur ad dandas pœnas, pro eis, quæ impiè in populos suos nulla eorum culpa ederet, ip-sum coacturus esset. Nec longè res ea abiit, quod Pelopida opera Alexander à suis interemptus fuit. Plut. in Pelopida.

Muliercule.

JUDITH vidua Bethulienfium civium suorum purificationi-tatem, pro concione liberè reprehendit, suaque oratione illos ad spem meliorem, & confidentiam in Deo excitavit. Ju-dith. 8.

CATHARINA virgo duo deviginti annos nata, cum Maxenti Alexandriæ Præsidis edictum audiret, in quo referebatur gladio in illos animadverti placere, qui die præstituta tem-plum ingressi, deos non adorassent: in medium prorupit, & Præsidem ipsum nomine compellans, atque insaniam palam G arguens, Christum crucifixum adorandum esse affererat, inanium autem deorum simulacra contemptum habenda simul cum iis, qui adorant ea. Marcell. 1.3.c.2.

Erat Antiochiæ Publia nobilissima femina, ceteris virgi-num, quæ castitatem profitebantur, magistra. Affiduis isce-tus erat in laudando, ac celebrando Deo. Quoties pro mote Imp. Julianus præteriret, altiori semper voce canebat: Simu-lacra gentium, argentum, & aurum, opera manuum homi-num. Similes illis sunt, qui faciunt ea, & omnes iis con-fidentes. Imperator imperabat, ne quid se præterente profusus accinerent. Sed Publia nihili faciens ejus mandatum, auda-cius deinceps, si quando præteriret, canebat: ac nominatim, Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus. Graviter id ferens Julianus, iussit eam in palatium accersiri, & alapas impingi. Quam contumeliam illa summum honorem suum interpreta-ta, domum rediit, & ut antea consueverat, lætas canciones, quæ in ejus furorem, & impietatem competere viderentur, frequenter recinit. Theodorus 1.5.c.19.

Mulier quædam alienigeni sanguinis, à Philippo rege te-mulento injustè damnata: Provocarem ad Philippum (in-quit) sed sobrium. Excussit caputulum oscitanti, ac presentia animi ebrium respicere, causaque diligentius inspecta, ju-stiorem sententiam ferre coegit. Val. 1.6.c.2. Hoc ipsum Ma-chetæ tribuit Plut.

Insignis fuit Macedonice vetulæ erga Demetrium regem libertas, similis Alterius erga Adrianum Augustum. Indi-gnatæ enim, quod loquendi petita potestate, principes au-dicendi otium sibi non esse respondissent, dixerunt: Ergo re-ges non estote. Quod verbum cum acriter pupugisset, in pos-terum erga alios uterque humaniorem, facilioremque se præbuit. Fulg. 1.6.c.2.

Cum devicta Samo Pericles reversus, funere ingenti casus in prælio honorasset, laudibusque eorum virtutem extulisset, & Atheniensis mulieres postea flores, fertaque è more regis iniucere: Elpiniæ Cimonis foror, non sine magna indigna-tione erupit: Sunt profecto ista floribus, ac feris digna Peri-cle, qui nos tot præclaris viris orbasti: neque hoc bello cum Phœni-

Phoenicibus, aut Medis suscepto, sicut Cimón frater meus A egit: sed urbem, atque insulam nobis benevolentia, propinquitatibusque conjunctam subegisti. Idem.

Anus quaedam cum vidisset Jovianum Imp. forma quidem conspicuum, sed proceritate, & crassitudine corporis excellentem, atque aliquantum mente etiam captum, dixisse fertur. O Diu immortales, quam corpulenta est Stultitia? Nicheph. Gell. l. 10. c. ult. §. Suid.

GORGIO regis Cleomenis F. peregrinum mollior, ac lenissim incedentem repellens: Non facies hinc, inquit, qui ne mulierem quidem adquare valet? Plut. in Lacanarum apoph. Sulti, Isiani.

Narrat Suetonius dictum à Quodam, qui mente parum constabat, in Cn. Pompejum, & C. Julium Caesarem: Salve rex, salve Regina, cum Pompejus regni affectati laboraret invidia: Caesarem, tumor esset, Nicomedi regi uxoris vice fuisse.

QUOS REPREHENDERINT. PUTA.

Sacerdotes, Pontifices, Episcopos,

D. AMBROSIIUS de iis sacerdotibus, qui à veteri modestia discesserant, dixit: Tum sacerdotes aureos fuisse, cum ligneo calice sacrificarent: in praesentia autem ligneos factos, postquam aureis calicibus uti coepissent. Fulg. l. 2. c. 1.

JOANNES patriarcha Constantinopolitanus, superbia inflatus, ac nimio Imperatorum favore subnixus, Concilio Constantinopoli habito se ecumenicum, id est, universalem appellare Episcopum instituerat. Quare offensus Pelagius Pap. concilium illud scriptis litteris infirmavit. Manente inde in sua sententia Patriarcha, Gregorius Magnus initio pontificatus eundem admonuit, ne talem usurpare titulum vellet. Sigo. lib. 1. regni Ital.

D. GREGORIUS lib. 9. Epist. c. 4. Desiderium Gallorum Episcopum, virum alioqui opt. reprehendit, quod Grammaticam quibusdam exponere diceretur, adeoque nugis, & secularibus litteris studere. Unum namque os Jovis, & Christi laudes non capere: & nefandi esse Episcopis id canere, quod nec religio, nec laicum decet.

GREGORIUS XI. repurans animo omnia mala, quae Italia patere, pontificum absentia venire, de Gallia relinquenda animo agitabat: cum forte Anusitum quandam in proximo stantem intulit, ab eo quæsit, quid esset, quod tandiu suam Ecclesiam non inviseret, non esse boni pastoris dicitans dicitans, à suo grege abesse. Tum ille: Tu verò, Pontifex, qui alius exemplo esse potes, & debes, cur tandiu à tua, quae Roma est, abes Ecclesia? Perstrinxit Gregorii animum vox illa, ita ut paulo post xx. triformibus in Rhodan instrudis, diversum negotium assimulans, ne Galli suum impedirent digressum (quorum magnopere intererat curiam penes se esse) cum omni cetero in Italiam redierit, anno, ex quo in Gallia esse ceperat lxx. Christi m. ccc. lxxvii. Sab. l. 4. Enn. 9.

ALFONSUS, rex Aragonum, & Siciliae, cum audiret, Harpyas rapacissimas aves (quas Virgilius in Aeneide eleganter describit) nescio quas inhabitare insulas: ad suos conversus, ait: Ex his insulis in Curias Principum commigrasse Harpyas compertum est, ibique jam domicilium constituisse. Panorm. lib. 1. de rebus gestis Alfonso cap. 8.

HIERONYMUS Balbus, cum legatus Romanus missus à Ferdinando Caesaris fratris imminentibus Turcis, ab Hadriano VI. Pontifice maturam opem imploraret, & ille contra perplexius, & consideratius deliberata re tractaret: pleno senatu, Fabius Maximus, sanctissime pater, inquit, rem Romanam cunctando restituit: tu vero pariter cunctando rem Romanam, simulque Europam perdere contendis. Quod orationis exordio adeo Pontifex vultu commotus est, ut plerique senatores vix risum cohibere potuerint. Jovius in Adriano VI. Reges, Principes.

Ex superiore Tit. qui reprehenderint, Saeri homines, huc multa.

SEOSTRIS Aegyptius rex solus imperio Aethiopiae potitus est, & monumentum sui reliquit ante adem Vulcani lapideas status duas tricenorum, unam suam, alteram uxoris: quatuor autem vicenorum cubitorum, totidem filiorum. Huic statuae, longo post tempore, cum Darii Persae statua anteponebatur, non tulit id Sacerdos Vulcani, negans Darium tales res gestisse, quales gestisset Sesostris Aegyptius: quippe qui cum alias nationes non pauciores, quam Darius, tum verò Scythas subegisset: coque iniquum esse, hujus ante illius situi do-

naria, qui rebus gestis non esset illum supergressus: Hæc locuto sacerdoti tamen ignovisse Darium ferunt. Herod. l. 2. lib. 2.

Libere admonuit Solon Creesum ab instabili labefactatum, & luxuriantem felicitate: Ut respiceret finem, subiciens. Plut. de Dissern. adu.

Profectum Corintho in Macedonia memorant Demaratum eo articulo, cum simulatis Philippo cum uxore, & filio esset. Ut salutavit eum Philippus, quæsitque, qui conveniret inter Græcos: Demaratum, qui amicus, & necessarius ejus erat, respondisse: Scilicet convenit, Philippe, tibi, cujus domus tantæ seditionis, & discordiæ plena est, de Atheniensium, & Peloponnesiorum consensione percontari? Idem.

DIOGENES, ut in castra Philippi venit, cum pugnaturus ille cum Perse signa moveret, attractus est ad eum. Ille hominem non cognoscens: An speculator, sciscitatus est. Ego verò, inquit, speculator temeritatis, & amentiae, Philippe, tuæ: quia impulsus, nulla necessitate de regno, & de vita pergis una hora aleam jacere. Idem.

Idem cum Dionysium Corinthi ex tyranno factum privatum vidisset: Quam indignam te agis, inquit, Dionysi, vitam. Neque enim hic te nobiscum agere oportebat liberè, & securè, sed illic in tyrannidis domicilio inclusum, sicut patertus, confensere. Plutarch.

ALEXANDRO Magno, frequenter in officium ventitanti, & imperitè multa de arte discenti, silentium comiter suadebat Apelles: rideri cum dicens à pueris, qui colores terent. Tantum erat pictori juris in regem, alioquin iracundum. Plin. l. 35. cap. 10. Sed hoc Plutarch. de Dignosc. adu. Apelli erga Megabyzum tribuit.

TYRUS HERDONIUS ARICINUS, Tarquini Superbi Rom. regis morositatem in conversatione quotidiana liberè reprehendit. Cum enim rex de bello Sabinis interendo diem principibus Latinis indixisset, illicque prima luce frequentes adessent, Tarquinius ad Solis occasum demum illic venit. Ibi Herdonius locum ad criminandum nactus, multa de Tarquini superbia locutus est. At superveniens rex, hoc se purgavit, quod arbitri inter patrem, & filium, dum studio nixus esset utrumque alteri conciliare, indigna mora socios frustratus esset. Tum Herdonius. Nullam esse breviorum cognitionem, quam qua inter patrem veteretur, & filium subjecit: denunciarit uno verbo potuisse, parendum esse patri: quod nunc fieret, infortunium elset filius habiturus. Sab. lib. 5. Enn. 2.

SERGIUS GALBA C. Julium Caesarem consummatis victoris in foro sui dicentem, in hunc modum interpellare sustinuit. C. Jul. Caesar, pro Cn. Pompejo Magno quondam genere tuo, in tertio ejus consulari pecuniam spondisti, quo nomine nunc appellor. Quid agis? dependam? Sic palam, atque aperte ei donorum Pompeii venditionem exprobravit. At Caesar as alienum Pompeii ex suo fisco solvi jussit. Val. l. 6. c. 2.

Tiberio Caesari cunctanter, & agrè suscipienti delatum imperium, Quidam in eum ausus est dicere: Ceteri, quod pollicentur, tardè præstant: tu quod præstas, tardè polliceris. Notata est illius simulata cunctatio, detrectantis quod cupiebat. Euseb. l. 6. Apoph. ex Suet.

TIBERTUS Imp. Artabani Parthorum regis laceratus est litteris, patriciis, & cedas, & ignaviam, & luxuriam obli- gientis, monentique ut voluntaria morte, maximo iustissimoque civium odio quamprimum satisfaceret. Suet.

Libere Nerone m. latorum Cynicus allocutus est, cum ei magna voce palam dixit: Bene cum Nauplii mala canere, H & malè bona sua curare. Fulg. l. 6. c. 2. ex Suet.

Libera Rubrii Flavii tribuni militaris oratio fuit, quo tempore civitatis confcium se Pisonianæ conspirationis esse, rogante Nerone, Quamobrem ejus vita infidias retendisset? respondit: nullus unquam erga te fide major me fuit, dum ut amari posses, dignum te praestitisti. Sed postquam matris parricida fuisti, uxoremque tuam occidisti, item auriga factuses, & mimicae artem exercuisti, urbeque, ac patriam communem incendisti, mortalium omnium etiam odio dignum te fecisti. Suet.

SULPITIUS ASPER, eadem dignitate, qua Flavius, & item patri culpa insimulatus, cum similiter, Qua te motus, conspirasset, rogaretur: non minus liberè, ceterum paucioribus verbis respondit: dixit enim: se in Nerone conspirasse, quia aliam rationem finiendorum ejus inmemoratum scelus non inveniebat. His verbis Nero magis confirmatus est, quam omnibus aliis, quæ in ea conjuratione concinebantur. Idem. Post

Post Domitiani pessimi principis mortem, de Coccejo Ner- A va principe optimo, atque eodem patientissimo, ad populum Fronto consul locutus est. Nam cum videret nimium populo ab Imperatore indulgeri, permittebat ut in ejus esset manu, vel accufare, vel occidere, quem Domitiani ministrum fuisse diceret, clara voce dixit: Malum esse sub principe vivere, qui nihil agi permitteret: sed longe deterris sub eo, qui fieri nihil prohiberet: Quod Nerva cum adisset, modum accusationibus imposuit. Fulg. l. 6. c. 2.

VALENS Imp. Arianus adversus Barbaros duces Trajanum cum exercitu misit: qui prælio, cum illis commisso turpiter victus rediit. Cui cum convitia ut molli, & timido, Valens faceret, liberè ille respondit: At non sum ego victus, inquit, sed tu victoriam corumpis Imperator, quia adversus Deum aciem instruis, & fortunam belli Barbaris concilias. Nam quia tu bello persequeris eum, ad Barbaros transit, iisque victoriam conferit. An te fugit, quos ab Ecclesiis repuleris, & quibus illas commiseris? Quærit se habere, simul alii duces Amnethus ac victor affirmabant: petebantque, ne reprehensionibus cum veritate conjunctis Imperator succerneret. Nichephorus l. 11. c. 49.

LUDOVICUS, Lotharii Imperator Pii F. designatus rex Italia, Romam missus, ut à Sergio Papa nuper creato, rex B novus crearetur, non qua religione proavus iverat, iter faciebat. Armatus armatorum agmine longe, lateque suo contende- bat, in urbibus, agrisque fiebant, quæ ab exercitu regis feo- ritate asolent. Sergius pro gradibus adus Petri occurrit, excep- titque: sed non qua Leo, Hadrianusque Magnus comitate. Obierat fores templi erant. Ubi ad eas perventum est. Si pacatus ades (inquit Sergius) patebunt: sin quid secus, pend- et caelo in hostem ensis: valvas cave te tegeris. Ad quam vocem juvenis posita ferocitate tempore inuit, coronatulusque à Pontifice Italia rex fuit, octavo hinc die illud discessit. Emilianus li. 6. 3. Reg. Franc.

Cum Alexis Branas, adversus Myfos defectionem molien- tes dux designatus, arma in ipsum Imperatorem Isaacium Ang- lum converteret, regnumque affectans, Constantinopolim obfideret: Conradus Montis fennati Marchio, qui Imperatoris partes tuendas susceperat, ceonanti superveniens: Si pocu- lis pugnandum sit, vicimus, exclamavit. At tibi non in patri- nis, led in armis mentem habendam esse, Alexis ipse docere poterat. Eo dicto Imperator erubuit, & prehensio illius pallio, cum rifu coactò dixit: Heus tu, suo tempore etiam pugnabi- mus, Nict. lib. 1.

D. BENEDICTUS Totila Gothorum regi, qui ipsi eventura erant, prædixit his verbis: Multa mala facis, multa mala fecisti: jam aliquando ab iniquitate tua conquelesce. Equidem Rom- am ingressus es, mare transivisti, novem annos regnasti, decimo morieris. Greg. l. 2. Dial. c. 15. Panorm. Dial. 16. 19. Cbron. Juovis de Justini.

SEBASTIUS Craevienfis Episcopos liberrimè Uladislai Ja- gellonis Polonorum regis vitia coram reprehendebat, neque illius iram verebatur. Rex moriens, ei annulum nuptialem ab Hedugii regina, quo nihil curius ipse in omni vita sua habue- rat, dono misit, veniam superiorum omnium admisionum ad- eo petens, & animam suam, liberisque superstitibus ei commen- dans. Cramerus lib. 10.

PETRUS Colonienfis Archiepiscopus, Mathie Hung. regis à secretis solus inter omnes liberè principis vitia reprehendere au- sus, conspiratione procerum ejus virtutis, & gloriæ invidentium, in regis odium incidit, ita ut in carcere coniectus, vix tandem D post sexennium mortuo rege, à Corvino Mathie notho liberatus fuerit. Bonfin. l. 6. Det. 4.

PIUS II. Pontifex, Ludovico XI. rege Gallorum, nisi copias in Ferdinandum auxilium missas à Campania revocaret, multa minante, & Gallos, qui Romæ essent, se revocaturum simulante, respondit: & habitabimus laxius, & nugas non audiemus, castigata simul insolentia gentis, & levitate. Plati- na in ejus vita.

Idem, mittente Caesare Friderico III. legationem paulò ob- scuroiorem, recusatit audire, postulatque clariorem. Cam- pan. in ejus vita.

Cum diceret aliquando Sigismundus Imperator, assentatores se veluti pestem odisse: Immo, inquit, Brunorius Veronenfis, nullum genus hominum magis amas. Nam quid apud te possent Marcus Banus, Laurentius Palatinus, Ursacus Michael, Calpar Schlickius, nisi assentando tuam gratiam meruissent? Tum Sigismundus Brunorio: Sic certe comparatum est, cum vitandis esse adulatores dicimus, tum maximè illis aures damus. Nec tu necum tandiù fuis- L. B. Theatr. vit. e Hum. Tom. VII.

ses, nisi blandiri affuevisses. Aeneas Sylv. lib. 3. Comment. in Panorm.

Cives,

LOTH Sodomitas cives propter scelera illorum liberè repre- hendit. Gen. 19.

NEHEMIAS post reditum à Babylonica servitute audiens cla- morem populi, propter gravamina, quæ patebant à divitibus, increpavit optimates, & magistratus. Eos quoque, qui portando onera diem Sabbati profanabant. Nehem. 5.

SOLO Atheniensium civium stultitiam in Pisistrato sus- cipiendo liberè taxavit, ea, quæ etiamnum circumferunt, ele- gia. Inter reliqua etiam hæc: Nostra urbs nunquam Jovis oc- cidit fato, & deorum immortalium sententia favente: Ipsi autem celebrem urbem sub vertere stoliditate cives volunt, pecu- niis dediti.

Athenienses cum aliquando publicè Themistoclem infamia notassent, rursusque deinde ad imperium gerendum revoca- rent: Non, inquit, laudo eos homines, qui eodem vase pro ma- tula, & cratera utuntur. Aelian. lib. 3.

CN. CARBO tribunus plebis P. Scipionem Africanum à Nu- mantia ruinis venientem, quid de Tiberii Gracchi morte, & quibus foretorem in matrimonio habebat, sentiret, interrogavit: cuius non dubitabat quin propter tam arctam affinitatem, aliquid pro interfecti necessarii memoria miserabiliter esset locutus. At his jure cum casum videri respondit. Cujus dicto tam concio tribunatio furore instincta violenter succlamasset: Ta- ceant, inquit, quibus Italia noverca est. Orto deinde murmu- re: Non efficietis, ut solutos vercat, quos alligatos adduxi. Univerfus populus iterum ab uno contumeliosè correptus ta- cuit. Val. lib. 6. cap. 2.

M. CATO, cum aliquando plebem Romanam, importunè annomam, & largitiones flagitantem, evocatus esset, sum- pfit hujuscemodi exordium: Difficile est, Quirites, ad ven- trem auribus carentem verba facere. Reprehendens morosis- vitatis, Arduum est, inquit, eam salvam esse civitatem, ubi plus piscis, quam bos veniat. Similem esse ait pop. Rom. ubi- bus: Ut enim illa seorum singula non parent, sed univèrse gra- tiam sequuntur duces, ita vos quoque, inquit, quorum con- silio nemo vestrum utatur privatim, ab his in coetum coacti du- cimini. Plut. in Catone.

Candidatos,

P. CORN. RUFFINUS, vir rapax, & avarus, ceterum in bello animo ingens, manueque promptus, cum bellum immineret, in Consulatu obtinendo C. Fabricii opera adjuvit: est: vi- ti omni integritatis laudè digni, qui ob pravam vitam Ruffinus semper adversatus fuerat: ceterum eo tempore ob bellu- pitionem, qui ignavos, desideque ipsius competitors vide- bat, sententiam mutaverat. Quam rem Ruffinus miratus, cum Fabricio impensè gratias egisset, subridens ad eum appetè: Fa- bricitus: Noli mirari, Ruffine, quia compilaris malo, quam ven- di, simul & Ruffini rapacitatem, & competitorum ignaviam ta- xans: Gellius lib. 3. cap. 8.

P. SCIPIO Aemilianus, cum Servius Sulpitius Galba, & An- relius consules in senatu contenderent, uter adversus Viriatham in Hispaniam mitteretur, ac magna inter P. C. dissenso esset, omnibus, quoniam ejus sententia inclinaret, expectantibus: Ne- trum (inquit) mihi placet: alter nihil habet, alteri est nihil se- tis. Aequè malam licentis imperii magistratam judicans inopiam, atque avaritiam. Quo dicto, ut neuter in provinciam mittere- H tur, obtinuit. Val. l. 6. c. 4.

Senes,

Ad senem improbè agentem: Tu, inquit, M. Cato, bone viri, senectuti multis obnoxie turpibus noli turpitudinem ad jungere viti. Plut. in Catone.

Senex quidam multo vino madidus, cum Alphonso Aragonum regi obviam factus esset, videns notari suam vinolentiam, ad re- gem, inquit: Lac fenis vinum est. Cui rex: Parvo igitur, in- quit, tuum tibi constat alimentum: parvo ut video Bacchi la- ticia. Panorm. l. 1. de rebus gestis Alphonfi regis.

Poetas,

SOLO cum quondam Thepdis tragici fabulam spectas- set, ad se accessit iustit, illicque ait: Num ipsum puderet coram tot testibus mentiri? Thepide respondente, per jo- cum liceret: tum Solon terram baculo pulsans, dixit: Id fff scilicet

A Næo Spania laqueum famoso carmine nectit.
 Hunc ego non alio dictum pridè ore, Latinis
 Valgavi fidicen. Juvat immemorata ferentem
 Ingeniis, oculisque legi, manibusque teneri
 De Eloquentia.

Elchinis de Demosthene, sub Titul. Bona prædicare Ho-
 stium.
 DEMOSTHENES magis operè contemnebat ceteros oratores: at
 cum ad dicendum Phocion surgeret, solebat ad amicos dicere
 summis: *οὐκ ἴσθαι λόγον καὶ πᾶσι*, orationum mearum
 securis adest. Incertum, de oratione illius sic sentiret, an de
 vita, & existimatione: quod permultis, & prolixis circui-
 tum unum verbum, & nutum existimaret probati viri esse vali-
 diorem. *Plut. in Demosthene, & Phocione.*

JUL. CÆSAR SCALIGER, nostræ illæ ætatis unus Aristo-
 teles, aliquando jocans dixit: Cicero in quadam oratio-
 ne minatur, si sibi faciant stomachum, triduo futurum
 Jurecos. Ego, si mihi stomachum non faciant, triduo
 (ut loquitur Aufonius) siam Cicéronianus. Tanta erat
 divini ingenii non una confidentia. Profecto quantus ora-
 tor esse potuisset, ostendit ejus orationis efficacia, ac nervus.
Joan. Bergius Medicus in Præfatione lib. 1. de Subtilitate
B ad Cardanum.

De Mechanica peritia.
 Consule Tit. Certamina mechanica. Item Judicii
 mechanici de rebus propriis.

De Probitate, Virtute universim.
 THEOGNIS Megarensis seipsum in Gnomis laudat his ver-
 bis. Patriam orabo claram civitatem, neque populo atten-
 dens, neque iniquis viris obediens, Hinnulum ex cervo leo,
 ut viribus confidens, pedibus comprehendens, sanguinem
 non bibi: muros autem altos descendens civitatem non diripi-
 ui: jungensque eos, currum non incendi: agens verò non
 egi, & non finivi finiens: faciensque non feci, perfectique
 non perficiens.

C. FABRICIUS, ab omni levitate, atque jactantia alienus,
 quæ virtutis suæ fiducia esset, ostendit, cum à Rom. le-
 gatus ad Pyrrhum missus, ab eo rogatus est, ut intrer-
 det, atque amicos suos præmium vellet accipere locum. Ei
 enim in autem insularavit: Non hoc, Pyrrhe, ex re tua
 fieri possit: nam qui nunc virtutem mirari te suspiciunt,
 teque amant, ac colunt, cum me experti essent, à me po-
 tius quam à te regi cuperent. *Plut.*

C. Theognis de ipso sic scribit in Gnomis:
 ἔτι κείνους πάλαιον, κατὰ δὲ δὴν ἄνθρωπον ἀπὸ ἀέρος
 αἰὲν ἔπειτα ἰδὲν ἴσθαι ἴσθαι ἴσθαι.
 ἄριστος δὲ πᾶσι ἐστὶν ἰσχυρῶν, ἄριστος ἀνδρῶν
 ἄριστος, ἄριστος δὲ πᾶσι, πρὸς δὲ πᾶσι βασιλεῦσιν.
 αὐτὸς γὰρ κατὰ δὲ πᾶσι ἴσθαι ἴσθαι ἴσθαι,
 αὐτὸς γὰρ, αὐτὸς δὲ πᾶσι ἴσθαι ἴσθαι.

M. CATO Censorius interrogatus, Qualis inter primores juve-
 num videretur Scipio Æmilianus? Homeri versum recitavit.
 Ἴσθαι ἴσθαι, αὐτὸς δὲ πᾶσι ἴσθαι ἴσθαι.
Plutarchus.

M. LIVIO DRUSO architectus quidam ædes edificaturum
 recipiebat, in quas ex nulla domo alia esset prospectus. At po-
 tius (inquit ille) ædifica mihi domum si potes, in qua quic-
 quid agam, universus populus Romanus possit aspicere. Sic
 nimirum intra domesticos parietes agendum, ut subito nos alic-
 ni conspiciant, nulla sit erubescendi causa. *Lud. Vives de*
D *Christiana fœmina, lib. 2.*

MOECENATIS hominis nobilissimi judicium verum de Vir-
 tute, Horatius in Satyris his versibus exponit:
 Non quia Mæcenas, Lydorum quicquid Hætruscos
 Incoluit fecit, nemo generosus est te:
 Nec quod avus tibi maternus fuit, atque paternus
 Olim qui magis legionibus imperit armis:
 Ut plerique solent, naso suspendis aduoco
 Ignotos, ut me libertino patre natum.
 Cum referre negas, quali sit quisque parente
 Natum dum ingenium, persuades hoc tibi verè,
 Ante potestatem Tulli, atque ignobile regnum,
 Multos sepe viros nullis majoribus ortos.
 Et vixisse probos, amplius hæc honoribus auctos.

TITUS VESPASIANUS, cum de crimine impietatis nunquam
 cognovisset, neque aliis, ut cognoscerent, permitteret: Nemo,
 inquit, injuria me afficere, aut insequi contumelia potest, pro-
 pterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur. Ea verò quæ
 falsò de me dicunt, prorius negligo. *Xiphilius.*

M. ANTONIUS Philosophus Imperator, cum perinquo ani-
 mo ferre se ostenderet, quod Avidius Cassius, qui rebellave-
 rat, deinde prælio erat victus, occisus fuisset: quodam exis-
 qui affabat dicente: Si Avidio vincere contigisset, quid is
 fecisset? statim magna animi fiducia respondit: Non ita nos
 cum diis, hominibusque gerimus, ut Avidium unquam bello
 vincere nos debuerit: et bonitatis suæ periculum faceret, so-
 lus Eleusinus Cereus templum ingressus est: quod non sine pe-
 riculo nisi ab innoxio adibat. Neroni profecto conscientia
 longè dispar fuit: qui cum se parricidam meminisset, eo tem-
 plo abstinuit. *Trebellius.*

De Fortitudine militari.
 Ajax ad Hæctorem sic loquitur apud Homerum.
 — Certe cognosces tu liquido jam
 Quam bellatores etiam post funera Achillis
 Magnanimi iussus Graiis superesse videtur.
 Nos verò tales sumus, ut qui occurrere mali
 Possimus tibi.

Quibus verbis Achilli primam fortitudinis laudem tribuit,
 qui solus Hæctori opponi mereatur. Post illum, neque so-
 lum, neque præstantissimum esse censet semetipsum, sed cum
 multis viri similibus valentem dimicare. *Plutarchus de An-
 diandis poetis.*

AMPHIARAEUS vates, cum filios suos pro patria fortiter
 pugnantes videret, sic locutus fertur apud Pindarum ode
 8. *Pythiarum.*

Lacedæmonii, occupata ab Atheniensibus Pylo, legatos de
 re componenda mittunt Athenas. Ubi de compositione nihil
 assentiri vident, postulare pergunt, ut permutando rem pari
 captivorum Atheniensium numero pensarent. Nihil rursus ho-
 rum ab Atheniensibus concessum. Inde legati per licentiam
 palam Athenis proculere, ca re satis aperte confiteri populum
 Atheniensem, Lacedæmonios longè se præstantiores habere:
 quippe quibus per captivorum permutatio haud æqua visa esset.
Diod. lib. 12.

AGIS, Archidami filius, querere negavit Lacedæmonios,
 quot sunt hostes, sed ubi sint. *Plut. in Apopht.*

De Castitate.
 HYPOLYTUS suam excusans innocentiam apud patrem The-
 seum, Euripidis Hippolyto, sic inquit: Aspicias lumen hoc,
 & terram: in hisce non est vir me (tametsi tu neget) conti-
 nentior matus. Scio enim, primum deos colere, amicitque uti,
 non qui injuriam inferre conantur, sed quibus inest pudor, ne-
 que nunciare mala, neque vicissim efficere turpia, iis qui utun-
 tur. Non irrisor commilitonum, o pater: sed idem, & præ-
 sentibus, & absentibus suis amicis. Unius verò intactus, cu-
 jus me nunc convincere sentes. A venere enim in hunc diem
 castum corpus, neque novi actionem istam, præterquam ver-
 bis audiens, picturaque videns: neque hæc quidem ad confide-
 randum promptus sum, virginalem animum habens.

De Torcituritate.
 ZENO ab Antigoni, aut Ptolemæi legatis Athenas missis, unà
 cum aliis philosophis ad convivium vocatus est: & cum reliqui
 inter pocula suam quisque eruditionem ostentaret, ipse tacet.
 Cum autem legati interrogarent, quid Antigono de ipso de-
 berent renunciare? Hoc ipsum, quod videtis, respondit: vi-
 didisse vos Athenis senem, qui in convivio tacere noverit. *H.*
de Garrul.

De Meritis erga Remp.
 LYCURGUS, quia despectus fecerat divitias, quod iis frui,
 vel eas ostendere posset nemo, dixit apud familiares: Ut est,
 sodales, præclarum, te ostendere Plutum, ut verè est, cæcū?
Plut. in Apopht.

Erat Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset,
 quasi poenæ æstimatio esset sententia. Cum iudicibus daretur,
 interrogabatur reus, Quam quasi æstimationem commo-
 ruisse se maximè confiteretur? Quod cum interrogatus So-
 crates esset, respondit: Se meruisse, ut amplissimum honori-
 bus, & præmiis decoraretur, & ut ei viduus quotidianus pu-
 blicè in Prytæneo præderetur: qui honos apud Græcos maxi-
 mus habebatur. Eo responso iudices sic exaruerunt, ut capi-
 tum hominem innocentissimum condemnarent. *Erasm. lib. 3.*
Apopht.

PERICLES jam animam agens, amicis astantibus de ejus victo-
 riis, atque eloquentia verba facientibus, Mirari se, dixit, quod
 non

non seipsum potius beatos prædicarent, quod cum tanto tem-
 pore Athenas rexisset, nemo ipsius causa lugubrem vestem un-
 quam induisset. *Plut. in Pericle.*

Cum floretet apud Populum Leosthenes, interrogatus ab ora-
 toribus Phocion, Quid ipse boni fecisset Reipubl. Nihil aliud,
 inquit, nisi quod, donec ego vobis fui dux, nulli dicta est ora-
 tio funebri: sed omnes vita defuncti, in majorum monumen-
 tis sepulti sunt. Alii jactabant euentus victorias: Phocion exis-
 timabat egregiè ducis esse, sic administrare rem militarem, ut
 nulli, aut quam paucissimi civēs pereant. Mos autem erat Athe-
 nis, eos, qui in acie cecidissent, apud populum laudare, ac cen-
 taphia erigere. *Plut. in ejus vita, & de Suiptius laude.*

Oppressa Catilinae conjuratione, Cicero in nonnullorum
 odium incurrit. Quorum instinctu Cæsar prætor, Metellus, &
 Bestia tribuni plebis, inito magistratu, cum pauci adhuc dies
 Ciceroni consulari superessent, non fecerunt ei copiam con-
 cionis habende: sed postis pro Rostris subleclis, non fecerunt
 ei jus, neque potestatem dicendi: tantum permiserunt, si
 ei videretur, ut epararet magistratum, statimque descenderet.
 Ita ille, ut juraturus progressus, factò silentio, juravit non so-
 lenne, sed peculiare quoddam, & novum jurandum, se
 patriam contra velle, & tutatum imperium, quod verè cum
 jurasse populus universus juravit. Quare vehementius Cæsar,
 & tribuni acerbi, cum alias procellas excitaverunt Ciceroni,
 tum legem sanxerunt, ut Pompejus acciretur cum exercitu ad
 dominatum reprimendum Ciceronis. Verum cecidit opportu-
 ne Ciceroni, atque universæ Republicæ, quod id temporis tri-
 bunus plebis esset Cato: qui illorum adionibus pari præditus
 potestate, & majore existimatione obiectus fuit. Hic enim & alia
 nullo negotio reflexit, & Ciceronis consilium ita extulit com-
 plis suis, ut honores ei decernerent omnium amplissimi,
 & patriæ appellaretur. Quos Cato in nomen tributum sanè est
 primo, cum cum ita in concione nominasset Cato. *Plut. in Cic.*
 Idem i. lib. de Offic. ubi sententiam verus illius sui, valde ir-
 rita, atque exagitati ab inimicis, constituit, ac laudat, inquit:
 Ut enim alios omittam, nobis rempublicam gubernantibus to-
 gæ arma cedere, neque enim rempublicæ periculum fuit, gra-
 vius unquam, nec majus odium. *Item oratione pro L. Silla:*
 Meis consiliis, meis laboribus, mei capitis periculis: sine tu-
 multa, sine delectu, sine armis, sine exercitu, quimque ho-
 minibus comprehensis, atque consolis, incensione urbem, in-
 terneione civis, vastitate Italian, interitum Republicam li-
 beravi. *Vidit lib. 7. var. lect. c. 13.*

De Felicitate.
 SOLON a Creso Lydorum rege interrogatus, Quemnam mor-
 talium Beatissimum esse judicaret? Respondit, primò quidem
 Tellum Atheniensem civem, qui liberis auctus, pro patria apud
 Eleusinum pugnavit victor occubuisse: deinde verò Cleobim,
 & Bironem Argivos, qui matrem suam ad templum Junonis,
 bobus destituta, plautro petraxissent, & post sacras epulas
 eadem nocte placida morte expirassent. Cresum verò beatum
 dici non debere, sed fortunatum tantum, nisi etiam bene, &
 feliciter ex hac vita migrasset. *Herod. lib. 1. & Plut. de Dignof.*
adul.

De Paupertate.
 BPHIALTES, cum dux ei paupertatem exprobraret: Cur
 non, inquit, etiam alterum dicis, quod iustitiam colam?
Ælian. l. 13. de Var. hist.

De Gloria, Honore.
 Virtutis præmium honor est. Qui ergo honores non
 delatos asserunt, creptos vindicant, si gloria studium
 spectes, ad Magnanimitatem: si sine virtutis confusio-
 nem, & tacitum præconium, ad hunc locum pertinere debent.

De Perfarum rege, qui Magnus appellabatur, Agefilaus,
 Quidnam me ille est major, nisi iustior. *Plut. de Sui laude.*
 CORUS Thracum rex, ut ab Atheniensibus civitatem sibi ho-
 noris ergo datam cognovit: Et ego, inquit, illis mea gentis jus
 dabo. Acquavit Athenis Thraciam: ne, vicissitudine talis
 beneficii parem sic iudicando, humilius, de origine sua sentire
 existimaretur. *Val. lib. 3. c. 7.*

PHOCION, Evippo uno ex illis, qui cum eo morituri erant la-
 mentante, & gemente: Non tu, inquit, præclarum Evippe du-
 cis, quod cum Phocione occubueris sis? *Plut. in apopht.*
 Poeta Accius Julio Cæsar, amplissimum, & florentissimum viro,
 L. B. Theatr. vitæ Ham. Tom. VII.

in collegium Poetarum venienti, nunquam affurrexit: non ma-
 jestatis ejus immemor, sed quod in comparatione communium
 studiorum, aliquanto superior se esse consideraret. Quapropter
 insolentia crimine caruit: quia ibi voluminum, non imaginum
 certamina exercebantur. *Val. Max. lib. 3. c. 7.*

P. OVIDIUS NASO ingenio excellenti poeta, parafca Metamor-
 phosi sua doctrina suæ magnitudine fretus, operis finem car-
 minibus illis clausit, quæ ostendunt peractum ab ipso esse ef-
 se immortalis fame, dum terrarum orbis staret duraturum.
 Cujus judicio eventus quoque felicitas satis hæcenus visa est
 respondere. *Fulg. lib. 3. c. 7.*

HORATIUS Ode 20. lib. 2. vaticinatur carminum suorum im-
 mortalitatem, dum in cygnum transformatum iri se, & per to-
 tum orbem volaturum ostendit:
 Absint inani funere nante,
 Luctusque turpes, & querimonie:
 Compescce clamorem, ac sepulchri
 Miste supervacuos honores.
 Martialis de seipso sic scribit lib. 5. Epigr. 13.
 Sum, factor, semperque fui, Callistrato, pauper,
 Sed non obscurus, nec male notus eques:
 Sed toto legor orbe frequens, & dicitur, hic est:
 Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.

De Dignitate, Magistratu.
 IPHICRATES Atheniensem ducem, cum rhetor quidam in
 concione interrogaret, quissiam esset, quod adeo se efficeret
 num equus, aut gravis armatura miles, aut fatigatus, aut pel-
 tam gerens? Nihil horum sum dixit: sed istis omnibus impere
 rare novi. *Plut. de Fortuna.*

In bello, quod contra Boemos Albertus V. Austria dux,
 prius quam Romanis imperaret, diutissime gessit, interroga-
 tus, quem copiis præficere statuisset: Si alium, inquit, quam me
 ductorem exercitus petitis, frustra me Austria ducem appel-
 latis. *Æneas Syl. lib. 3. Com. in Panor.*

De Potentia.
 OTHOCARUS Boemorum rex, Prussia subacta, gloriari palam
 solebat, se terminos regni Boemiæ à mari Adriatico usque ad
 mare Germanicum promovisse, quod aliis ante se regibus ne
 per somnum quidem contigerit. *Dionysius l. 17.*
 Legatum Mahometi II. Turcarum tyranni narrant, superba
 oratione poposcisse à Mathia Corvino Pannoniæ regnum. Tum
 ille commotus: Revertere, inquit, ad dominum tuum eve-
 stigio, illicque renuncia, regnate ipsum in Græcia beneficio
 meo, neque diutius ipsi bene futurum, quam mihi liberit.
Joach. Careus in annal. Silesia.

RESPECTU OCCASIONIS. VERITAS,
 CANDOR, INTEGRITAS.

In Consiliis quibuscumque.

Primò bello Panico Carthaginienses reputantes, in quo statu
 res Siciliæ essent, cum M. Attilio Regulo egerunt, ut Romam
 reverterent, cum patribus de pace agerent. Quæ si minus impetratæ
 posset, de captivis saltem commutandis transigerent, si de co
 accepta, ut Carthagem rediret, si de captivis nihil fieri pla-
 cuisset. Ille ubi Romam venit, & uxorem, & liberos à suo re-
 movit complexu, tanquam Romanus esse desisset, jam inde ex
 quo in hostium potestatem venerat. Vocatis inde in curiam pa-
 tribus auctor exiit, ne foedus cum Carthaginiensibus sancirent
 ullum, qui multis cladibus aliis super aliis fracti, suis jam viri-
 bus aperte diffiderent: Brevi futurum, ut inveni jugum accipe-
 rent. Nec quod ad captivorum commutationem attineret, tan-
 ti se faciendum testatus est, ut plura corpora virorum fortium,
 pro se iam sene, ac pene decrepito, & ob id gerendis bel-
 lis partim utili, pæno restituerentur. Utroque per hæc negotio
 infecto Carthagenem rediit. Pœni non tam viri sanctitatem,
 quam suam causam intuiti, illum variis cruciatibus usque ad
 exitum torserunt. *Sab. l. 9. Et. 4.*

HANNIBAL, cum apud regem Bithyniæ Prusiam exularet,
 auctorque ei committendi prælii esset, & argue is non idem sibi
 extis portendi diceret: An tu, inquit, vitulinæ catuncula, quam
 Imperatori veteri, mavis credere? Si verba numeres, breviter,
 & absconditè: si sensum æstimes, copiosè, & valenter. Hispani
 enim creptas populo Romano, & Galliarum, ac Liguriæ vires
 in suam redactas potestatem, & novo transitu Alpium juga
 patelacta, & Thraciæ lacum dita inultum memoria, &
 Cannas Punice victoria clarissimum monumentum, & Ca-
 pnam possessam, & Italian laceratam, ante pedes hominis ef-
 fudit: uniusque hostiæ jecinore, longo experimento testatam
 gloriam.